



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Pastorale Missionariorvm**

**Verjuys, Jean-Baptiste**

**Antverpiæ, 1682**

7. Vtrùm mater Catholica curare possit puerum à Catholico sacerdote baptizari, quem Pater hæreticus vult baptizari ab hæretico ministro.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41565**

## 246 TRACTATUS VI.

nulla, aut valdè mortua fides in ipsis sit residua. Et timeant magis illos qui bona temporalia requirunt, aut etiam corpus occidunt, quām illum qui animam simul, & corpus perdere potest in gehennam.

---

## ARTICULUS VII.

*Virum Mater Catholica curare possit puerum à Catholico Sacerdote baptizari quem Pater hæreticus vult baptizari ab hæretico ministro.*

**H**oc dubium movet Lessius ubi supra vi. *Baptismus* casu 2. Et respondet affirmativè, dicens expedire ut talis infans à Catholico ministro ritu Ecclesiæ baptizetur antequam hoc fiat ritu hæretico ab hæretico ministro, & quod mater Catholica jus habeat ut ipsum sic curet baptizari, nec referre quod secundò baptizatur jussu patris hæretici quia ad hoc mater tantum permissivè se habet.

Sed ista resolutio non caret difficultate. Unde judico quod mater tunc monere debet patrem, quod infans baptizatus sit, ne Baptismus reiteretur.

Quid si Sacerdos haberi non possit, nec viri Catholicus. An baptizari potius debeat à muliere

muliere Catholica quām à ministro hæretico?

Resp. Affirmativè, tum quia, ut supra diximus, in Concil. Florentino mulier præfertur hæreticis & paganis in hoc ministerio. Tum quia censeri debet, tunc esse casum necessitatis in quo licitum est mulieri baptizare.

### ARTICULUS VIII.

*Virūm Catholicus ut patrinus suscipere  
poſſit puerum ab hæretico ministro  
baptizandum.*

**L**Ayman lib. 5. traēt. 2. c. 9. n. 6. responderet affirmativè & hoc censet maximè licere in Germania, & aliis partibus, ubi est communicatio & pax hæreticorum cum Catholicis, ubi etiam paſſim inter ipsos matrimonia celebrantur.

Probat autem hoc 1. Quia officium Patri-ni nihil aliud est quām externā susceptione profiteri, quod puerum spiritualiter genitum, Sacrā undā Baptismatis, suscipiat in curam suam, tamquam ejus nutritius spiritualis & pædagogus, quod non impeditur per hoc quod puer ab hæretico Ministro baptizetur.

2. Quia Patrinus Catholicus suscipiendo